

ribus sic dicta quod seculam, id est, falcem
messoria remoretur. alii malunt baptisose-
rim esse serim, id est, cichoriū quoddam er-
raticum: in tritico frequens flore cyanum re-
ferente, quibus magis accedo.

SECTIO TERTIA DE

Elegmatibus.

ELEGMATVM seu lintuum materiae
ferè sunt Mesuæ partes plantarum. Ra *Loboc.*
dices, vt glycyrrhizæ, scillæ, iridis, bryoniæ:
alii, ari, dracontii, cānæ vstæ, quod spodiū
Arabibus dicitur.

Herbæ, hyssopus, prafsium, adiantum al-
bum, calaminthæ, bralsica. Flos croci. Fru-
ctus, vux passæ, ficus passæ, dactyli, myxa,
zizypha, capita papaueris albi.

Succi radicum, glycyrrhizæ, scillæ.

Succi herbarum, bralsicæ, prafsii, foenicu-
li, cannarum sacchari id est, saccharum, & ex
hoc penidia, mel.

Succi fructuum, mororum, batinorū, nu-
cum, myrtarum, pulpa calsiæ, sapa.

Gummi, tragacanthi, arabicum, myrrha.

Semina, papaueris albi, & inde syrupus,
psyllii, cydoniorum, maluæ, melonum, cucu-
meris, citreoli, amygdalæ dulces, amaræ,
strobyli, auellanae, lactuca, portulacæ, lini,
feenigræci, foeniculi, anisi, nasturcii, amyli,
farina fabarum.

y

Cortices cinnamomū, & alii cortices, radicis capparidis, tamaricis, hellebori, petroselinī, &c. Præter hæc aqua cui multa horum infunduntur, incoquantur, & ex animalibus pulmo vulpis, butyrum.

Ex his radices & herbæ teruntur si sunt siccæ, vel aqua incoctæ & tritæ, & cretæ aliis miscentur, spodium ducendo friatur.

Fructus purgati teruntur, cernuntur: sed dactyli intus & foris purgati ante decoctio thoracico aliquo macerantur: capita papaveris albi macerantur, coquantur, exprimuntur, abiciuntur.

Succi omnes ferè hoc loco liquidi sunt, & ob id promptè miscentur: glycyrrhizæ autem succus, vel dissolvitur, vel in taleolas sectus, inter papyros siccatus, ut aliter calfactas, scilicet aliquoties pistillo & mortario teritur.

Gummi teruntur calfactis pistillo & mortario si est siccatione opus, vel in mucaginem solvuntur.

Semina si maiora sint, dePELLATA cultello inciduntur, ut amygdalæ, strobili, pistacia, auellana, fabæ, melonum, cucumeris, citreoli, si parva puluerantur, & si vis horum quædam ut papaveris post inciduntur, ex aliis etiam mucago extrahi, & reliquis misceri potest, ut ex semine lini, sœnigræci, cyd

eydoniorum, pſyllii.

Huius verò tempeſtatis elegmatum materia, magis ſunt penidia, pilulæ albæ, bechicæ, electarium, vel pulueris E. diatraga-cãthifri. diaris ſimplicis, & Salomonis diacalaminthes, dia hyſſopi, diapræſii, ſaccharum cãdeſactum, ſuccus glycyrrhizæ, caſſia, cum ſyr. adianti, glycyrrhizæ, zizyphorum, vel alio thoracico magis & minus calido, tergente incidente, pro medici indicationibus. Quibus miſceri poſſunt etiam alia ſimplicia prius dicta dulcia, amara, acris.

Tamen ex veterũ elegmatis hodie quidam retinēt elegma ſanũ, ex pulmone vulpis, diacodiõ, diamorõ, diacariõ. De quibus quia eſt abundè nobis dictum ſectioe tertia Meſuæ, fruſtra hic repetenda nõ fuerũt.

Sunt etiam qui compoſitum hoc medica mētũ elegma caſſiæ pro enematibus vocāt, & ſic parant. In libra vna decocti violarum, maluæ mercurialis, betæ parietariæ, abſynthii coquunt mellis lib. dimidiam, & ſub finem iniiciunt pulpæ caſſiæ fiſtulæ purgatæ libram ynam.

SECTIO QVARTA.

SECTIO quarta de apozomatibus, & ſiſuſis eſt: quia tamen horum nullum hodie in vſu eſt, ſatius fuerit ſi quem vten-di cupiditas cœperit, Meſuen conſulere.

Y 2